



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

[In Didaci Covarrvvas Libri Qvarti]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

IN DIDACI

COVARRVVIAS

LIBR. L. QVARTI.

CAPVT II.

IVSTINIANI ET CELSI IVRISCONSULTI RESPONSA DE HIPPOCENTAVRI STIPVLATIONE EX VARIIS AVCTOIBVS EXAMINANTVR.

Quo in loco sentit is Auctor, animal hoc naturâ esse non posse.

HTa quoque sentit Hammonius in lib. *negi. igne. vicia;* quod (inquit) possibile est, & contingit aliquando esse ridiculâ fuerit si quis dicat esse impossibile: repugnantia enim loquetur. Quod autem non possibile est esse, neque esse contingit, ut non possibile est, neque contingit Centauros esse, ergo impossibile est esse, &c. Chrysolthomus etiam homil. 7. ad cap. 3. Epistol. ad Coloss. Hippocentauros monstra esse ficta testatur: & Aristot. lib. 2. Physic. ait, quod quemadmodum non inuenitur planta quæ ex vite & oleâ composita vinum ac oleum producat, ita non inuenitur animal ex homine & tauro conflatum. Scribit & Seneca Epist. 59. In rerum naturâ quedam sunt, quedam non sunt. & hæc autem quæ non sunt, rerum natura complectitur quæ animo succurrunt, tanquã Centauri, Gigantes, & quidquid aliud falsa cogitatione formatum habere aliquam imaginem capit, quamuis non habeat substantiam. Quin & Galen. loc. ab Auctor. cit. superioribus assentitur, optimis quæ demonstrat argumentis absurdam atque impossibilem esse Centauroform procreationem, ex quibus illud non potestum est; substantiam hominis & equi permisceri non posse: Et quamquam interdum monstra quasi ex homine & bruto conflata videntur, talem tamen affirmat Aristot. lib. 4. de generat. & corrupt. cap. 3. verè non esse mixtionem; Iam, inquit, quærum capite arietis, aut bouis referunt, idemque in cæteris membrum nominant animalis diuersi, vitulum capite pueri, & ouem capite bouis natam assueverunt. quæ omnia accidunt quidem causis supradictis, sed nihil ex his quæ nominantur, quamuis similitudo quedam generetur, &c. Plura de his Hieron. Magius miscellaneor. lib. 1. cap. 20.

Hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse.

Constat monstrosos huiusmodi partus edi posse, exteriori quidem formâ tenus, ut ex Aristotele & Galeno supra notatum est, non tamen naturâ commixtionem: Præterea huiusmodi monstra vix vitâ ferre, sed statim ac edita sunt, emori: quemadmodum rectè annotauit Seruius ad verb. in *fo. rilius. vers. Virgil. 6. A. Enclid.*

Centauri in foribus stabulant Scyllaque bifformes
Adde quæ de Centauris copiose scribit Natalis Comes lib. 7. Mythologie vnde primû dicti, quâ causâ & quo victoriæ successu cû Lapithis pugnaverint, quâ formâ fuerint, & alia quæ fabulose ab antiquitate cõficta, mythologicè explicat idè Natalis.

CAP. III.

PRÆFECTVS CALCEATVS APVD IVRISCONSULTVM QVIS SIT INTELLIGENDVS ET DE MILITARI CALCEAMENTO.

Coerrare Calceatum.

Ita Florent. & Vulga. Cod. legunt. Ait autem I. C. ob incendia relinquenda Prefectum Vigilum oberrare calceatum, non alia ratione, quâ ut calcei presidio noctu securius ambulet per medios etiam ignes. Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 30. quibus verbis Romam obnoxia fuisse ex historiis patet: ijsq; arcendis varios varijs temporibus magistratus fuisse constitutos docet Brisson. lib. 2. selett. Antiq. cap. 8. Sunt tamen qui in l. 3. §. sciendum. ff. de offic. Praef. vig. Caligatum. legendû sentent; a caligâ, quod pedum non crurum indumentum fuisse, tradit Ioseph. Castalio obseruat. decad. 2. cap. 4.

Cum hamis & dolabris.

Hæc siue Amæ instrumenta sunt grandiora confixa longissimis contis, id est, longurijs; quibus ædificia incendij compescendi aut extinguendi causa, disturbantur. Cuiac. loc. cit. Plin. in epist. ad Traian. Turnebus vero aduersar. lib. 19. ca. 23. Hamam sumi vult pro vasis aquarijs rotundioris formæ, & ventris globosioris, quibus ad extinguenda incendia uti solet, quod minus huic loco conuenire notaui D. Gothof. ad d. l. 3. & Brisson. d. c. 8. qui priorem interpretationem propter adiunctum dolabra verbum, probabiliorè credit. Quamquam apud Plautum in *milite gloriof.* & Columell. lib. 10. ita fumatur, ac de eo etiam intelligi videtur illud Iuuenalis. Satyr. 14.

Miserâ est magni custodia census:
Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem
Seruorum, noctu Licinus iubet. — Vbitamen pro
hamis, armis legit Ioann. Britannicus.

CAP. III.

HADRIANI CAESARIS RESCRIPTVM DE
MVLIERE PRÆGNANTE AB AEGYPTIO.
RVM ET GRÆCORVM LEGIBVS
DE DVCTVM FVISSE.

Prægnantis mulieris quæ damnata sit corporis pœnam differri quoad pariat.

Et ita Senatus Mediolanens. iussit seruari in quadam Vrfinâ Meletâ capitaliter condemnatâ. Clar. lib. 5. practie crimin. §. final. quest. 97. num. 5. & hoc locum habet non solum in pœna vltimi supplicij, sed etiam in quacumque alia pœna corporali: quemadmodum de fustigatione tradit Clar. d. loc. & de mutilatione membrorum Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. q. 86. num. 12. & 13. ac de pœna relegationis si verosimiliter causaretur aliquod periculum in partu, Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. num. 37. Nec interest an mulier tantam sit prægnas vnus diei, nec etiam an in ipsa custodia ipsoque carcere prægnas facta sit. D. Gothofred. ad l. prægnantis. 3. verb. prægnantis. ff. de pœn. licet ex adulterio dolose & fraudulenter euitandæ pœnæ causa. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. num. 37. Baiard. ad Clar. §. fin. d. q. 97. versic. differtur etiam. eò quod hoc privilegium differendi supplicij vel suspendendæ executionis non fit causa mulieris, sed causa partus.

iii

Etcâ;

Dionis, Bruti, Tiberij Gracchi, Symmachi, Boetij, Ottho-
nis, Zonara, & aliorum, id confirmatur, de quibus latè Lu-
dotice Charond, d. lib. 7. Resp. 232. Zuinger. in *Theatr. vite human.*
m. 2. lib. 6. tit. de *seruit.* fol. 788. Thyraus de *loc. infest.* part. 1. cap. 1.
vbi & cap. & part. seqq. agit de causis cur spectra certa loca
infectent. Item quinam præ cæteris spirituum molestij &
infectibus expositi sint, De generibus eorum an viuientibus
vel mortuis dicitur *δωροζώωντος* vel *ἀσπυζώωντος*. Cur noctu potius, quam
meridie spectra molestant: Quibus denique remedijs pro-
ficari possint; præter multa alia quæ ad hanc materiam
spectant.

CAP. X.

QUAE FVERIT APVD VETTRES CRE-
TIONVM SOLEMNITAS EX VL-
PIANO ET ALIIS AV-
CTORIBVS.

Cernere est verba cretionis dicere.

Et hoc differant; hereditatem cernere, & pro herede se gerere:
quod is qui pro herede se gereret, se tantum ipsa heredem
se esse declararet; vt si auctorem faciat, vel seruis cibaria
mandat. l. pupillus. 9. ff. de *acquir. vel omitt. heredit.* Wefemb. *Instit.*
de *hered. qual. & differ.* §. item *extraneus lit. A.*

Cretionis & aditionis hereditatis etiam symbolum fuit
digitorum percussio. Cicero lib. 3. *Offic. vt digitorum per-*
cusione hares possit scriptus esse, quemadmodum Ante-
dationis, aurium attractio: Manumissionis, palmæ ductus.
Cuius lib. 7. *obseruat. cap. 18.*

Vtitur & alibi sæpe eadem dictione Ci-
cero.

Extat apud eundem Ciceron. lib. 11. *Epist. 12. ad Attic.* infig-
nisde Cretione locus; *Galionis hereditatem creui. puto enim*
cretionem simplicem fuisse quoniam ad me nulla missa est. vbi
cretio simplex dicitur, cum è pluribus hereditibus scriptis
vni cum cretione instituitur, reliqui sine cretione. Itaq;
cum nulla alia cretio ad Ciceronem perlata esset, ex eo
coniciebat neminem alium cum cretione institutum fuis-
se, & cretione simplicem, id est, sui vnus extitisse. vt ad
eam Ciceronis locum obseruabat Simeo Bosius. Notus &
iocus ille quem refert Auctor ad Herennium lib. 4. in eum
qui plurimas hereditates adiit; *Prosperè tu, qui plurimum*
cernis.

Hæc Varro, qui & lib. 5. ita inquit; cerno, di-
ctum à creo.

Libri tamen Veteres sic habent, referente Scaligero; *Di-*
ctum cerno à Cereo, Cereo à Creto. à quo in Saliari carmine
Cerus Manus, id est, creator bonus. atque hinc Ceres dicta,
vt vult Festus, quod omnia creet.

CAP. XII.

APVD VNDEM GRATIANVM DE VLIANO
CASARE QUAE DAM OBSERVATIONE
DIGNA ADNOTANTVR.

Iuliani Casaris res gestas, facinora, vitam & interitum,
ne historias describam, videre licebit apud Petr. Mexiam
in *vii. Imperator.* sparcim etiã de eo varia in *Thatr. vit. human.*
Sed exactissime omnium Illustrif. Baronius *Annal. tom. 4.*

Quod si non ex omni parte iuxta illorum
ritus viuunt, aut tempori id adscribendū est,
aut finitimorum populorum qui se eis immis-
cuere, confusio.

Scribit Cuspinianus, dissidentibus inter se Sarracenis
Maugineth Principem Perfidis & Medæ contra Imbraelē
item Sarracenum Babylonie Principem, auxilia Turcorū è
Caucali portis accersisse, eoique victoriã potitos Sarrace-
nos ad eam desperationem deduxisse, vt Mahometi fide ab
his receptã falsi sint eos in Perfide regnare, atque vnus
fidei vinculum ita vtramque gentem copulasse, vt Sarrace-
ni pro Turcis, & contra Turci pro Sarracenis indiscretã ap-
pellatione aliquando vocati sint: Nunc Turcorum nomen
inualuisse altero penè abolito.

Verfic. SECUNDO OBSERVANDVM ERIT.

Vetus militaris disciplinæ institutum.

Statim enim post exactos Reges Appius consul cum ex-
ercitus fugisset, Capita capite punxit; Cætera vero multitudo sorte de-
cimis quisque ad supplicium lecti. *Liu. lib. 11.* Quæ decimationis lex
propria Romanis, & patria à Dionysio dicta est lib. 9. quod
ex Appiano etiam constat, dum Cælaem alloquentem tur-
bidos milites introducit; *Vt lege patriã & nona legionis, quo-*
niam ea seditionem maximè cepit, decimum quemque ad mortem ducam.
Vicesimatio interdum, imo & centesimatio adhibita. *Capit.*
sol. in Opilio Macrino. Cum seditiones militares pateretur multo sepius
decimauit, aliquando etiam centesimauit, quod verbum proprium ipsius est,
cum se clementem diceret, quando eos centesimaret qui digni essent deci-
matione atque vicesimatione, & hæc eo Icopo (quemadmodum
tradit Polyb. de *Castramet. Roman.*) vt periculo & metu à sorte
æqualiter omnibus impendente ex exemplo dati hordei ad omnes peruenie-
re, plurimum ex eo more caperetur & terroris, & correctionis. Sed &
Cicero in *Cluentiana* hanc causam expressit; *Statuerunt Maio-*
res nostri vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in
quosdam animaduertetur, vt metus videlicet ad omnes, pena ad paucio-
res; perueniret. Plura de his ac cæteris militum penis, vid. apud
Lipf. de milit. Roman. lib. 5. Dialog. 18. ad Polyb. lib. 3. quod si plures peccasse
coningat, &c. Et Franciscum Luifinum lib. 3. *parerg. cap. 9.*

CAP. XIII.

XVI. ET XVII.

DE LIBRIS S. SCRIPTVRÆ CANONICIS
ET HAGIOGRAPHIS.

Qui libri in canonem non ab Hebræis modo, sed & à
Patribus recepti sint, atque à fidelibus tenendi, Tridentina
Synodus *sessione. 1111. definiuit.*

Dubium, maximè apud veteres, fuit de libro Tobia, Iu-
dith, Esther, & Machabeorum: de quibus videndus Nico-
laus Serarius in *eorundem librorum Prolegomenis*, vbi hanc rem
curiosè excutit. nos pauca delibabimus.

DE LIBRO TOBIÆ.

Liber hic plerisque Patribus Canonicus fuit; Irenæo
lib. 1. cap. 34. vbi Tobiam inter Prophetas recenset; Cypria-
no ad *Quirinum* lib. 3. cap. 16. & 62. & libro de *opere & elemo-*
synis. sub initium. & *epist. 52.* vbi contra Nouatianos hinc fidei
dogma probat; Hilario, qui in *Psalm. 129.* ex Raphaelē ad
Tobiam loquente, probat; Angelos esse, & pro homi-
nibus intercedere; Ambrosio, qui librum integrum de
Tobia ex isto scripsit & *ca. 1.* huc librum vocat prophetiam
& cap. 2. ipsum Tobiam prophetam; Chrysostomo *homil. 15. ad*
Hebræos; Clemēt Alex. lib. 1. *Stromatiff.* qui libri huius in *Chro-*
nologiã sacrã meminit; D. Augustino lib. 2. de *dōctrina Chri-*
stiana cap. 8. & *serm. 226.* lib. de *cura pro mortuis* cap. 3. & lib. 1. de *ciuit.*
e. 13. & *tract. 13.* in *Ioanm.* & *serm. 18.* in *Matth.* Accedunt duo *Con-*
cilia, Carthaginense circa annum 419. & Tridentinū *sess. 4.*

DE LIBRO IVDITH.

Canonicum hunc librum esse, satis indicat S. Iacobus Epist. 1. c. 2. V. 23. & Nicæna Synodus, ut est apud Hieronymum Epist. 3. & Concilium Carthaginense circa annu 419 habitus; Augustinus de doctrina Christiana lib. 2. cap. 8. Tertullianus de Monogamia. cap. vlt. Origenes in cap. vlt. Iudic. om. Chrysoftomus lib. de varijs in Matthæi homil. 16. Ambrosius lib. 3. offic. cap. 13. epist. 82. & lib. de viduis: Prudentius in Psychomacia iudicium & libidinis. Fulgentius Epist. 2. de statu viduarum. Conciliū Tridentinum Sessio. 4.

DE LIBRO ESTHER.

Inter Canonicos libros hunc referunt, Concilium Laodicenum can. 59. Cathaginens. 111. cap. 47. Origenes in Ps. 1. apud Eusebium lib. 6. hist. c. 25. Cyrillus Catech. 4. Damascenus lib. 4. c. 18. S. Hilarius in Ps. 1. Innocentius 1. epist. 3. Rufinus in Symboli. S. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana c. 8. Chrysoftomus homil. 3. ad populum Antiochenum. Ambrosius lib. 3. offic. c. 15. Basilius lib. 2. contra Eunomium. Concilium Tridentinum Sessio. 4.

DE LIBRIS MACHABÆORVM.

Duos Machabæorum libros Canonicos esse, docent Concilium Carthaginense 111. can. 47. Tridentinum Sessio. 4. Innocentius primus. Epist. ad Exuperium cap. vlt. Clemens Alex. li. 1. Strom. Cyprianus lib. 1. ep. 2. lib. 4. ep. 1. libro de exhortatione mart. tyrij cap. 11. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 36. Chrysoftomus Orat. de 7. Machabæis. Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 40. 41. & lib. 2. cap. penult. & Epist. 29.

CAP. XXIII.

DE CRIMINIS PURGATIONE
VULGARI, QUÆ FIT CAN-
DENTI FERRO.

Lubet hic attexere historiola, quæ ut rara refertur à Suf-
frido presbytero in Georgij Fabricij rerum Miscicarum
volumine, ab Abrahamo Ortelio relata in Theatrum il-
lud suum sub domanio Florentino, his verbis.

Orho 111. Imper. cū esset apud Mutinā ciuitatē cū uxore
sua ipsa Imperatrix se cū dā Comiti prostituere voluit. Sed cū
ille consentire nollet, illa indignata prædictum Comitem apud

Imperatorem ita infamauit, ut eum Imper. sine audientia de-
collari præcipere. qui antequam decollaretur rogauit uxorem
suā, ut iudicio candentis ferri post mortem eum comprobaret
innocentum. Adest dies, in qua Cæsar se pupillæ & viduæ ex-
hibebat iudicaturū, adfuit & femina Comitissæ caput secū habet,
quæ itaq. quā morte sit dignus qui iniussit aliquem occidisset,
Quo respondente copis punitio. Illa ait: Tu es ille vir qui
maritū meū ad suggestionē uxoris tuæ iniussit occidi mād. sic
Quod dum illa per candens ferrum prob. flet. Cæsar in manus
femina se tradidit puniendum; Interuenit tamen Pontifex &
Procerum decem dierum inducias, deinde octo, deinde septem,
quarto sex a vidua accepit. Tunc Imp. causa examinata & con-
gnita, uxorem suam viu. in cremari fecit, & duas viduas qua-
tuor castra vitam redemit. Castra hæc sunt in Episcopatu
Lina in Etruria, & vocantur ab inducē dierum, Decemum
Octauum, Septimum, & Sextum. Hæc ille. Solebat autem
ferum candens, de quo hoc capite agitur, ita consecrari.

Deus Iudex iustus qui auctor es pacis & iudicis æquissimi,
te suppliciter rogamus ut hoc ferrum ordinatum ad iustitiam
examinationem cuiuslibet dubietatis faciendam; benedictione
& sanctificare digneris, ita ut si innocens hoc ignitum
manibus acceperit, illæsus appareat: & si culpabilis atque reus,
iustissima sit ad hoc virtus tua in eo cum virtute delran-
dam, quatenus iustitie non dominetur iniquitas, subdatur
falsitas aq. utati, per Dominum nostrum &c. ut tradit Au-
gustinus lib. 4. Annal. Boior. ab Auder. citat. Extat etiam superiorum
dissimile purgationis per flammæ iudicium in hunc exem-
plum apud Paul. Æmil. lib. 4. Item, inquit, in Tolosatis
Ara, rumores falsi deprehensi, arsq. cognita, magis iniussit
Tolosæ proceribus militumque vulgo, Is ut se purgaret ad
Iudicium flammæ descendit. Et aderat dies p. sso Domino san-
ctus. Circumsuso exercitu sanctam lanceam nud. to corpore
manu gestans per coaceruatorum latè lignorum frum at-
dentem, mediisque ignes illæsus enast. mox ad id miracu-
lum ruente turba oppressus perijt. Apud multos non
magis ambiguum fecit, quod igne decretum videbatur.
Sic ille. Plura autem exempla purgationis per ferrum can-
dens, flammam, prunas, aquam feruentem, videre licet in
Theatr. vit. human. volum. 5. lib. 4. tit. de diuination. cap. ignis diu-
natio. fol. 1359. Adde quæ de istiusmodi expurgationibus
tradit Glossa Accursij ad §. 3. de pace tenenda, & eius violator lib. 2.
de feudis. tit. 27. & l. 7. longobard. de malef. & pub. crim. & leg. de
Longobard. de consilio mortis. & passim in legibus Longobar-
dorum. Præterea accuratè de his scribit R. P. Martinus
Delrio. disquisition. magicar. lib. 4. sect. 3. & 4.

